



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fulvii Androtii Societ: Iesv Theologi Opuscula spiritualia**

**Androzzi, Fulvio**

**Coloniae, 1611**

Remedia pro scrupulosis ex S. Antonino alijs.

[urn:nbn:de:hbz:1-48641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:1-48641)

REMEDIA PRO SCRVPVLO-  
*sis ex S. Antonino, & alijs bonis scri-*  
*ptoribus.*

QVID SIT SCRVPVLVS.

SCRVPVLVS est inordinatus ti-  
 mor conscientie, ex leuibus causis  
 ortus, De quo loquens propheta Dauid,  
 dixit. *Saluū me fac Domine à pusillanimi-*  
*tate Spiritus.* Quę verba crebrò deberent *Psal. 54.*  
 vsurpare scrupulosi.

*Quot mala procreent scrupuli.*

PRIMO inducunt tedium, & ne quid  
 boni fieri possit, eò quòd tollant ro-  
 bur & conatum animi.

Secundo, exemplo suo alijs adimunt  
 auidiam bene agendi. Quare manda-  
 uit Deus, vt timidi & pusillanimes non  
 irent cum Gedeone in prælium, sed do-  
 mum redirent, ne fuga sua alios quoque  
 in fugam impellerent.

Tertio, cōscientia scrupulosa, sæpè in-  
 ducit homines in desperationem: à qua  
 liberari cupiebat Dauid, cum diceret.  
*Non me submergat Domine tempestas a-*  
*qua, id est, desperationis.* Et rursus. *Sal-*  
*uum me fac à pusillanimitate spiritus &*  
*tempestate.* Vnde S. Bernardus docet pu-  
 sillanimitate gigni perturbationem,  
 hac desperationē, & desperatione mor-  
 tem.

G 5 Vnde

*Vnde oriuntur scrupuli.*

Nonnunquam oriuntur ex comple-  
xione frigida, ad timorē apta. Vnde foe-  
minæ, senes & melancholici imprimis  
sunt obnoxij timori timor siquidem, &  
frigiditas, constringunt cor, vnde ima-  
ginatio disponitur ad futurum aliquod  
malum concipiendum.

Aliquando oriuntur ex imbecillita-  
te capitis, qua offenditur imaginatio.

Aliquando etiam excitantur à Dæ-  
mone, qui melancholicos hominis hu-  
mores commouere potest, Deo permit-  
tente, vnde imaginatio potest falli, &  
inordinatè quippiam timere.

Aliquando noscuntur ex nimijs ab-  
stinētijs, vigilijs, & similibus: aliquan-  
do deniq; ex scrupulosorum societate  
Remouendæ igitur sunt causæ scrupu-  
lorum.

**REGVLÆ QVÆDAM S:**  
*antonini ad depellendos scrupulos.*

**P**RI MA est, præparare se ad Domi-  
ni Dei gratiam, dolendo de pecca-  
tis commissis, confitendo, & propositū  
faciendo de Deo in posterum non of-  
fendendo. Quicumq; enim facit quod  
in se, infallibiliter à Deo iuuatur. Deus  
enim (teste S. Thoma in quarto sentēt.)  
largitus illi suam gratiam, infundit do-

**QUA**